UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Conciliis Generalibvs Approbatis Ac Reprobatis Breve Compendivm.

Longo, Francesco

Romae, 1624

§ 9. Ad sedem Apost. venientes, vel ab ea recedentes, sua aut aloru[m] opera ladentes & sine iurisdictione vexando in Curia commorantes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10467

Visual Library

eam iuſtè ſibi proſpicientem, ac propterea inhibentem, ne victualia è ſuis finibus extrahantur, vt Romam deportentur; non enim malè agerent.

Romanam uriaCm. *Intellige, vbicunque illa ſit. Et Rom. Curia continet omnes, etiam inſimos famulos, Curiæ inſeruientes.*

Non afficit clàm furantes aliquid his, qui Romam deſerunt huiuſmodi victualia. cùm aliud ſit furari, aliud inuadere, vel impedire. Ieſus tamen, ſi itinera obſiderent, apertaque vi eos ſpoliarent. Vgol.

§. 9.

Ad ſedem Apoſt. venientes, vel ab ea recedentes, ſua aut aliorũ opera lædentes & ſine iuriſdictione vexando in Curia commorantes.

Item

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apoſtolicã venientes, & recedentes ab eadem, ſua, vel aliorum opera, interficiunt, mutilant, ſpoliant, capiunt, detinẽt. Nnecnõ illos omnes, qui iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam à Nobis, vel noſtris iudicibus non habentes, illam ſibi temerè vendicantes, ſimilia contra morantes in eadẽ Curia audent perpetrare.

Hanc cenſuram incurrũt offendentes, eos qui ad Sedem Apoſtolicam accedunt, vel recedunt ab ea, cauſa cuiuſcumque negotii cum ſede Apoſtolica ſiue cum Romano Pontifice petractandi. Etiã ſi hic accedentes ſint Infideles. Et tot cenſuræ incurruntur, quot perſonæ, offenduntur.

§. 10.